

L V D O V I C I
C H A R O N D A E I V R I S -
C O N S V L T I , E T I N S V P R E M O F R A N -
c o r u m s e n a t u ad u o c a t i , n a s s a v o y , s e u
v e r i s i m i l i u m l i b r i t r e s p r i o r e s ,

*Ad clarissimum sapientissimumque senatorem
& quæstionum in supra Francorum curia
præsidem Iacobum Lignerium.*

Eiusdem, ad eundem, de restituenda & in artem redigenda
iurisprudentia præfatio.

Eiusdem ad titulum de verbo. obligatio. scholia, & de iu-
risdictione & imperio libellus,

Tam lucida lumen



P A R I S I S

Apud Ioannem Foucherum sub Scuto Florentia,
via ad D. Iacobum.

1554.

Cum priuilegio.

lumen offendunt.



CLARISSIMO SAPIEN-
tissimōque senatori & quæstionum
in suprema Francorum curia præsi-
di Iacobo Lignerio.

Ludo. Charondas. S. D.



I possem agros fertiles, qui
multo plus afferunt, quam
aceperunt, imitari (clarissi-
me senator) infinita tua in
me beneficia maiore mensu-
ra reddere conarer. Sed tan-
ta est tuarum facultatum ma-
gnitudo, tui ingenij excellen-
tia, tua dignitatis splendor, ut mea inopia, imbecil-
itas, meique nominis obscuritas, largiri, excogitare, pu-
blicare quidquā nequeat, quod parem illis tuis bene-
ficiis gratiam referat. Quanvis enim eruditione, iudi-
cio, authoritate, uirtute, & perfecta solidaque gloria
inter excellentissimos ordinis senatorū præfides relu-
ceas: mihi tamen indigno certe, tanta beneficētia tam-
que familiari benignitate gratificatus es atque profui-
sti, ut me tibi obnoxium, semperq, addictū profitear. Pri-
mū enim uirtutis, quæ me tibi sola obstrinxerat, uin-
culū firmū adeò & arctū erat, ut nihil mihi antiquius,
nihilque optabilius esset, quam te unum colere, suspi-
cere, & admirari. Nihil est siquidem (ut præclarè scri-
bit Cicero) amabilius uirtute, nihil quod magis alliciat

ā ij

AD EVNDEM ILLV-
STRISSIMVM PRVDENTIS-
S IM V'M Q'VE PRAESIDEM IA-
cobum Lignerium,

Eiusdem Charondæ de restituenda & in
artem redigenda iurisprudentia,

Præfatio.



Irari satis non possum
(illuſtrissime præſes)
qui factum sit, ut iuriſcientia, quæ legitima
dicitur, nulla artis lege
& ratione tradi potuerit: cum ciuſ finis ſit hu-
manam ſocietatem continere, & tranquillam
vitæ communitatem ſervare: alie vero artes in
naturæ obſcuritate, in diſſerendi ſubtilitate,
vel in dicendi facultate verſentur: in quibus
infinitæ ſunt hominum otiosorum indagatio-
nes, quæ nihil aut parum humanis necessitati-
bus adiumenti adferunt: ut nō ineleganter di-
uinus ille Plato, eam veram eſſe philoſophiam
dixerit, quæ in hominum vita & morib⁹ tota
eſt. Mihi autem cogitanti & aliarum artium



NEIOANON SEV VERISIMILIVM
LIBER PRIMVS.

*De iure naturali, gentium & ciuili, ad titu-
lum primum Pandectarum.*

Cap. primum.

Ad cap. primum.

VR I operam daturum
prius nosse oportet, vnde
iuris nomen descen-
dat. Ut enim primùm
philosophi qui in na-
tu-
ræ obscuritate versan-
tur, ex quibus princi-
piis unaquæque res proficiscatur, indagant
ita necesse est cum qui ad iuris peritiam omne
suum studium, omnem operam & industriam
conferre velit, principio iuris fontes scrutari.
Est autem ius à iustitia appellatum: atq; ex in-
stitutæ fontibus manat: ut falsum esse apud Ci-
ceronem Scipio contendat, quod à quibusdam

Refert Aar.
August. lib.
19. de ciui-
tate des.

L V D O V I C I
C H A R O N D A E I V R I S .

C O N S U L T I P A R I S I E N S I S , E T I N
s u p r e m o F r a n c o r u m s e n a t u
a d u o c a t i , a d T i t . d e v e r b o -
t u m o b l i g a t . l i b . x l v .

D i g e s t o r u m ,
s c h o l i a .

Eiusdem de iurisdictione & imperio libellus.



P A R I S I S ,

A p u d I o a n n e m F o u c h e r i u m s u b S c u t o F l o r e n -
t i a e v i a a d D . I a c o b u m .

1 5 5 4 .

C u m p r i u i l e g i o .



LUDOVICI CHARONDAE Iureconsulti Parisiensis

Ad Titulum de verborum obligationibus scholia.



Eferre nihil existimo, an
de verborum obligatio-
nibus, an verò de stipula-
tionibus, hunc titulum à
Triboniano cäterisq; pru-
dentibus viris, quibus Pá-
deetarum compositione
mādauerat imperator, inscriptum esse dixeri-
mus. Sic enim in Iustiniani ad Senatus & om-
nes populos epistola vel constitutione legi-
mus: Septimus autem & nouissimus articu-
lus Digestorum sex libris formatus est: in quo
de stipulationibus, & de fideiassoribus & mā-
datoribus, nec non nouationibus & solutio-
nibus & acceptilationbius, & de prætoriis sti-
pulationibus: omnēque ius inuenitur gemino
volumine inscriptum esse, quod in libris anti-

A ij